



BD215

.N5

1631

c.1

IOANNIS EVSEBII
NIEREMBERGII
EX SOCIETATE
I E S V,
DE ARTE VOLVNTATIS,
LIBRI SEX:

IN QVIBVS PLATONICÆ, STOICÆ,
& Christianæ disciplina medulla digeritur, sicco omni poli-
tioris Philosophia expresso ex Platone, Seneca, Epicteto, Dione
Chrysostomo, Plotino, Iamblico, & aliis:

Quorum sensa subtiliora artificiosius ordinantur; nonnulla
emendantur; plurima adduntur noue, & argute.

Accedit ad eadem HISTORIA PANEGLYRICA de tribus Marti-
ribus eiusdem Societatis, in Urugua pro fide occisis.

46321
UNIVERSIDAD NACIONAL DE NUEVO LEO-
CAPILLA ALFONSO X BIBLIOTECA UNIVERSITARIA

Rollo 33 MICROFILM AD 087285
LUGDVNUS

Sumptibus Iacobi Cardon.

M. D. C. XXXI.
CUM PRIVILEGI



1080045395

martini

ILLVSTRISSIMO,
REVER^{MO'VE} ANTISTITI,
AC DOMINO,
D. IOANNI PEREDÆ,
EPISCOPO OVETENSI,
ET COMITINORENensi,
sacrae Scripturæ, & scholasticae
Theologiæ primario olim Professori
in Complutensi Vniuersitate, & ciu-
dem Collegiæ maiori, atque Con-
ciliis Ecclesiæ Canonico Magi-
stralii.

DONANT Artem Vo-
luntatis, eiusdem vo-
luntatis pignus, exi-
guum magnæ, tibi
mitto, Illustrissime, ac Reu-
rendissime Antistes: diu enim

* 2 animum

animum meum meruisti, cùm
Compluti, vix vndecimo çta-
tis anno, philosophicis initia-
bar, magnum in illa Vniuersi-
tate Theologiæ luminare ful-
gebas, & Marte suo affectus
meus tibi militabat. Diuisa
enim Academia duos Phœ-
bos simul adorabat, & sua
quisque impretrauerat hemi-
spheria. At in tua luce grati-
fissima mihi libenter apricabar,
& fidissimus fui perinde, ac
deinceps inutilis. Nec enim
istarum rerum memoratione
de te aliquid mereri volo, nisi
comendare senium mei amo-
ris, & obseruantiae; atque gra-
tulari mihi in partibus fortu-

næ

næ fuisse semel prudentis, se-
mel reconciliatae virtuti. Læ-
tor nunc vota mea, oracula
fuisse. Te suspiciebam Solem,
suspiciabar solum, & tandem
fulgentissimum Ecclesiarum
Hispaniæ Sydus præsentiebā.
Cui ergo magis ancillari de-
buit Philosophia quam Theo-
logiæ, quæ in te, velut in thro-
no suo, & aula enituit, augu-
stissimo, & insociali Iubare?
Quotusquisque enim tibi
comparādus est? Tanti Theo-
logi gremium humilitas meæ
Philosophiæ ambiebat. Dein-
de, vt idem mihi sis Patronus,
& Censor, quis melius æsti-
mabit priuatas animi sui le-

* 3 ges,

ges, quām qui alienos publicis
quām optimē moderatur. Pro-
mulgauit facilē fama officio-
ſo tibi omnium fauore pru-
dentiam tuam, integratatem,
vigilias, misericordias in tuas
oues, in alienas, quia omnes
Christi. Testis fui, neminem
ad te fruſtrā accessisse: nemini-
nem à te tristem recessisse; sed
omnes manu ipsa tua solatos
munere. Nec enim res est be-
neſicientia, quæ delegari de-
bet: nec dulcis ille ſapor Chri-
ſti präſentis, aut präſentati
in paupere, alteri committen-
dus. Ergo ingenij tui, & do-
ctrinę lumen emicuit pridem,
nunc, & prudentiæ, atque
virtu

virtutis Numen ſe explicuit.
Omnibus modis admirādum
te präbes, te ſuſpicio; ſuſpi-
ciunt omnes, mirātur, amant.
Nec conteſnes meæ volun-
tatis ſinceritatē in ſua Arte,
qui omnium voluntates, &
ora vindicasti tibi. Vale pro
Ecclesiæ bono.

R. D. T.

Seruus inutilis in Christo,
IOANNES EVSEBIUS
NIEREMBERGIVS.

* 4 SVM

S V M M A H V I V S
O P E R I S.

In hoc Opere de Arte Voluntatis, quod nucleus Philosophie, sive Mimus Seneca dicti posset, propositum est Authoris, ostendere esse artem aliquam gubernanda voluntatis, & docere modum sua directionis. Quemadmodum saltandi ars ab antiquis inuenta, ut decenter membra corporis tractarentur; & gladiatoria ars, & fabrilis, ut perit gubernarentur manus ad servendum, vel dolandum; & aliorum instrumentorum usus suas requirat industriae: sic esse aliquam methodum, & artem membrorum animi, & potentiarum suarum. Ad hoc,

IN LIBRO I.

Probat Author sufficientiam animi sine rebus externis; gaudium non pendere ab illis; unumquemque satis esse sua letitia, & paci; gaudium proinde facultatum esse, & sub industria cadens, voluntatisque opificium esse. Deinde generales aliquas assignat regulas

las

las voluntatis, affectuum, & amoris proportione obiectorum.

IN LIBRO II.

Addit aliqua, qua ad idem inuent, & magis probat dicta. Mox preceptiones alias commendat ad tollenda impedimenta facilitatis gubernationis, huius instrumenti animi. Subicit tandem regulas aliquas ad illud exercendum ex parte sui quoad modum, & conatum, &c.

IN LIBRO III.

Cum voluntas pendeat ex rerum cognitione, docet, quo pacto informandus animus sit in alia sua potentia, scilicet intellectu, ut facilius voluntas facta finat. Admonet in primis iudicandi peccata, & opinionis damnatio: mox adhibet remedia: usum commodum potentiae intellectus monstrat: precepta ad id commendat nonnulla: modum venient preuertendae in bonum opinionis: idoneum memoria usum demonstrat: alia docet, que inuent faciliorem veritatis caput.

IN LIBRO IV.

Iam ad singularia descensurus probat idoneum esse & naturalem aliquem affectuum usum: docet specialiter genuinum amoris

* 5 usum,

*vsum, & quo fine à natura datus, & qui-
bus rebus.*

IN LIBRO V.

*Pergit ad aliarum affectionum usus, leti-
tie, spei, desiderij, odio, ire, timoris, tristitia.
Omnes hos affectus probat utiles, & à natura
dados ad tuendam animi letitiam. Demon-
strat cuinam usui, & rebus singulis qua-
drent.*

IN LIBRO VI.

*Informat specialiter mentem circa legitima-
& vera rerum iudicia, ne opinio obstet natu-
rali affectuum usui. Descendit singillatim ad
bonorum omnium & malorum examen &
comparationem, diuitiarum & inopie, vo-
luptatis & doloris, honoris & ignominiae,
vita & mortis: ut ita optimè instructa mens
non ob sit legitimo & naturali voluntatis ar-
tificio.*

*Dimiditur opus in libros, & capita ad mar-
ginem annotata: Dissertationum tamen, que
per aliquot capita tractantur, tituli praefigun-
tur.*

R. P. PROVINCIALIS,
Societas IESV, in Provincia
Toletana, Facultas.

FRANCISCVS AGVADO, Socie-
tatis IESV, in Provincia Toletana
Præpositus Provincialis, potestate ad id
michi facta à Reuerendo admodum Pa-
tre nostro MVTIO VITELLESCHO,
Præposito Generali, facultatem facio,
vt Liber inscriptus, *De Arte Voluntatis*,
Auctore Patre Ioanne Eusebio Nicrembergio,
nostra Societas Theologo, & eiusdem So-
cietas grauium, doctorumque homi-
num iudicio approbatus, typis man-
tetur. In quorum fidem has Litteras ma-
nu nostra subscriptas, & sigillo nostro
munitas dedimus. Matriti in nostro Im-
periali Collegio, quinto Kalendas Mar-
tij, anno Domini millesimo sexcentesimo
vigesimalono.

FRANCISCVS AGVADO.

R. P.

FACVL.

FACULTAS R.P. PROVINCIALIS
Societatis IESV, in Provincia
Lugdunensi.

STEPHANVS BINETVS, Prouin-
cialis Societatis IESV, in Prouincia
Lugdunensi, iuxta Priuilegium ei-
dem Societati à Regibus Christianissi-
mis, Henrico III. 10. Maij, 1583, Hen-
rico IV. 20. Decembtris, 1606 & Ludo-
vico XIII. nunc regnante, 14. Februa-
rij, 1611. concessum, quo Bibliopolis
omnibus prohibetur, ne Libros ab eius-
dem Societatis hominibus compositos,
absque Superiorum permissione impri-
mant: permittit IACOBO CARDON,
Lugdunensi Bibliopolæ, ut Librum, cui
inscriptio est: *Ioannes Eusebij Nierember-
gij: ex Societate IESV, De Arte voluntatis,
Libri sex, &c. ad sex primos annos impre-
mire, ac liberè diuendere possit.* Datum
Lugduni 29. Decembbris, 1630.

STEPHANVS BINETVS.

CENSURA OPERIS.

NOS infrà scripti sacræ Theologiz
Doctores fidem facimus, legisse,
ac perlegisse Librum, cui inscriptio est,
*Ioannis Eusebij Nierembergij, ex Societate
IESV, De Arte voluntatis, Libri sex, &c.*
nihilque in eo Catholicæ, Apostolicæ,
& Romanæ fidei contrarium reperisse.
Lugduni die 8. Octobris, 1630.

Fr. C. L. COCHET.

Fr. BERNARDINVS MOLLIASSON,
Lector in Conventu S. Bonaventuræ.

R.D.

R.D.D.THOMAE DE MESCHATIN
la Faye , huius Libri impri-
mendi Facultas.

THOMAS DE MESCHATIN LA
FAYE, Comes, Canonicus, & Ca-
merarius Ecclesiae Lugdunensis, & Vi-
carius Generalis in Archiepiscopatu-
Lugdunensi : Liber , qui inscribitur,
Ioannis Eusebij Nierembergij, ex Societate
Iesu, De Arte Voluntatis, Libri sex, &c.
vt in lucem edatur, facultatem con-
cedo. Lugduni 3. Ianuarij, 1631.

MESCHATIN LA FAYE.

SVMMA

SVMMA PRIVILEGI
à Christianissimo Gallia-
rum Rege concessi.

VDVICI XIII. Galliarum
& Nauarrai Regis, auctoritate
sanctum est, ac paten-
tibus Literis cautum, ne quis
in Regno suo, aliisve locis ditioni sua
subiectis, intra proximos annos octo, à
die impressionis primæ inchoandos, ac
numerandos, excudat, vendat, excu-
dendum, vendendumque quovis mo-
do, & ratione conetur, Librum, qui
inscribitur, *Ioannis Eusebij Nierembergij,*
ex Societate Iesu, De Arte Voluntatis,
Libri sex, &c. præter IACOBVM
CARDON, Bibliopolem Lugdunensem,
aut illos, quibus ipsemnet conces-
serit. Prohibitum insuper eadem au-
toritate Regia omnibus suis subditis,
eundem Librum extra Regni sui limi-
tes imprimendum curare, vel quen-
quam, ubiunque fuerit, ad id agen-
dum

dum impellere , ac instigare , sive consensu dicti IACOBI CARDON . Idque omne sub confisicatione librorum , aliusque pœnis originali Diplomate contra delinquentes expressis . Datum Lugduni , die duodecima Octobris , anno millesimo sexcentesimo trigesimo .

De mandato Regis,

Signatum ,

RENOVARD.



IOAN

I
IOANNIS EVSEBII
NIEREMBERGII ,
EX SOCIETATE
I E S V ,

LIBER PRIMVS ,

De Arte Voluntatis.

PROLEPSIS I.

*Nec fortuna , nec maiori cura naturæ
indigemus.*

PROCVRARE fidem fortunæ , Cap. 1.
tueri pietatem naturæ , expiare no-
men vtriusque infamatiæ , & quod
inde sequitur , domellico & para-
bili remedio humani calamitati-
bus mederi , (quid enim promptius ? quid ma-
gis sine apparatu , sine impensa , quam mutare
cupiditatem ?) irritæ , nec maiori , quam hacce-
nus repetendæ , felicitate , potius quam inutilis

A pre